



*BEATUS ad Posteros.*



, nimium felix! qvi vitam fine beatō.

Claudit in his terris! Nam tenet ille **POLUM.**

Sed vestros oculos cur planctu perdere vultis,  
Ultima qvod vitam rumpere fata volunt...?  
An me nescitis junctum cœlestibus illis  
Exultare, choris: Pax ubi læta viret...?  
Ponite tristitiam &, cœlestia carpite lucra...  
Vestra etenim vita est Fluxa, Caduca, NIHIL.  
Terra VALE! VALEO: Cœlum est mihi Patria  
functo:

PIGNORA Conjugii cara, valete, mei!  
O, nimium **FELIX!** qvi vitam **FINE BEATO**

Claudit in his terris **NAM TENET**  
**ille POLUM.**

*Hæc, supremis Patroni sui honoribus, lugentiumq; solatio, scribebat*

**Georgius Christophorus Peckoldus,**  
Bonar. Art. Cultor.

68